1050

et condescendit. Omneque ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Reverendi Kuczynsky transfert et transfundit. Dando eidem omnimodam potestatem summam eidem recipiendi et de recepta quietandi pro non restituta iure agendi continuandi et ad debitam executionem deducendi et pro commodo suo convertendi. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Olszewskyj **Exemit.**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Martinus filius olim Valentini Olszewsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi olim Valentinus Olszewsky parens suus ex obligatione bonorum Olszewo principaliter per se Nobili Felici Kuszinsky in quinque sexagenis inscriptus et per eundem recognoscentem in eadem summa demissa, praefatam summam ex integro persolvit, ideo ipsum quietat emittit et liberum facit in summa eiusmodi castri perpetuo et de bonis condescendit.

Lopiensky **Cessio.**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Dorothea filia olim Jacobi Lopiensky consors Nobilis Christophori Falkowsky cum eiusdem mariti sui vitrico coniugati personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Nicolao filio Thomae Lopiensky Lopiensky de sorte Lopienie haeredi et eius posteris de omni et integro iure suo seu inscriptione certa olim Nobili Jacobo quondam Lucae Lopiensky per Nobilem Joannem olim Stanislai Lopiensky super bona Lopienie Pamięczyc coram actis praesentibus Branscen. feria secunda post festum nativitatis Sancti Baptistae in anno millesimo sexcentesimo trigesimo secundo facta et recognita et super se recognoscentem post olim praefatum Nobilem Jacobum Lopiensky parentem suum legitime spectant. Cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sub parata in toto tuitione evictione ligamentis in originali inscriptione contentis cedit et condescendit. Omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius plenarie et ex integro transfert et transfundit in toto illud ex nunc realem cum possessione pacifica per ministerialem et alios duos officii acceptandam dat et admittit.

Jworkowsky **Quietatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Michael filius Jacobi Zapinsky de Zapij Barwiski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Blasinus olim Joannis Jworkowsky ex obligatione bonorum immobillium in bonis Jworki sitorum principaliter per Nobilem Joannem olim Jacobi Jworkowskyj Nobili Petro olim Andreae Jworkowskyj coram actis praesentibus feria quinta post festum Sanctae Agnetis in anno millesimo sexcentesimo trigesimo quarto in summa quinque sexagenis polon. inscripta et per eundem Petrum Jworkowsky sibi recognoscenti in eadem summa demissas, easdem quinque sexagenas praefatas polon. ex integro et realiter persolvit ideo ipsum quietat emittit et liberum facit in inscriptionem cum toto effectu castri perpetuo et de bonis ex nunc ut legitimo haeredi condescendit. Certa sua recognitione in praemissis mediante.